



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

87. Utrum liceat baptizare infantes filios Infidelium, invitis Parentibus, etiam si Parentes infideles dubditi sint Principibus Christianis; imo etiam si fuerint Christianorum servi? Et an Domini ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

nisi per separationem, vel aliam rationem possit caveri, ne parentes eos impiis sacris, & doctrinis imbuant, quia aliàs fieret contra dignitatem Sacramenti, quod probabilius magis obesset, quam prodesset. Ita Coninch, & Suarez in 3. tom. 3. disp. 41. sect. 5.

2. Sed ait Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 12. contraria praxis apud nos à viris doctis, ac piis sæpe observata fuit, & rectè quidem, quia periculum perversionis non est adeò propinquum, aut certum, cum fieri possit, ut infantes ante usum rationis moriantur, & per Baptismum salventur, tum, quia plerumque spes non parva est, ut hereticorum liberi aliquando in fide Catholica instruantur, quam idcirco libentius recipiunt, si sciant à Catholico Sacerdote se baptizatos fuisse. Addi etiam potest, tamen à parentibus, & ministris suis hereticis falsa dogmata edoceantur, interdum ignorantia difficulter vincibili laborare, & pertinaces hereticos non esse: ut proinde tales dogmata fidei baptismalis retineant, & salvari possint, si de peccatis post Baptismum commissis vera conversione doceant, per ea, quæ dixi lib. 2. tract. 1. cap. 12. num. 3. Hæc omnia Layman, & satis quidem probabiliter.

## RESOL. LXXXVI.

An in mortis articulo filij Infidelium sint, invitatis parentibus, baptizandi?

Et an, secluso mortis periculo, non sit licitum, invitatis parentibus, baptizari à dominis suis filios servorum infidelium? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 10.

Sup. hoc infra in Ref. 88. §. Excipit & in Ref. 90. §. 2. paulo post initium à ver. Primus est.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam, cum formidine tamen, docet Sotus in 4. dist. 5. in fine, art. 10. Sed valde miror. Dico igitur auctacter in tali casu filios infidelium esse invitatis parentibus baptizandos. Et ita ex Soto, Aragonio, Acofta, Suarez, Henriquez & D. Antonino docet Jacobus Granado de Sacrament. in 3. part. contr. 4. tract. 4. disp. 5. sect. 4. num. 19. quia cum est in mortis articulo, censetur extra parentum potestatem, quia quod parum distat, nihil distare videtur, nec timeri potest periculum apostasie, & deceptionis, præsertim cum puer tunc sit in extrema necessitate spirituali, in qua non est censendus ita dependens à parentibus, ut propter illorum contradictionem damnandus sit in æternum. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos docet etiam Hurtadus de Sacram. Baptismi, disp. 3. diffie. 3. qui etiam diffie. 5. rectè probat cum Coninch de Sacram. q. 98. num. 10. dub. unic. num. 76. Valentia tom. 4. disp. 4. q. 3. punct. 3. Zambranus de Sacram. Bapt. cap. 1. dub. 11. num. 5. Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 25. q. 10. secluso periculo mortis illicitum esse invitatis parentibus baptizari à dominis filios servorum infidelium.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ annot.

## RESOL. LXXXVII.

Sup. prima diffie. huius tituli in Ref. seq. §. Secunda, & magis late in tom. 3. tract. ex Ref. 6. §. Sed quid.

Utrum liceat baptizare infantes filios Infidelium, invitatis parentibus, etiam si parentes infideles subditi sint Principibus Christianis: imo si fuerint Christianorum servi?

Et an, domini teneantur hoc facere? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 45.

§. 1. **P**rima sententia est D. Thom. qui asserit in 3. p. q. 68. art. 10. & 2. 2. q. 10. art. 10. id non

licere, etiam si parentes infideles sint subditi Principibus Christianis, \* imò etiam si fuerint Christianorum servi: nam parentes jure naturali habent custodiam, & curam suorum filiorum, antequam ad usum rationis perveniant. Ergo nulla auctoritate humana, sive Principum, & Dominorum, possunt hoc jure licitè privari; privarentur autem, si ipsis invitatis eorum filij baptizarentur, &c. Hanc sententiam amplectuntur omnes discipuli Divi Thom. Caietanus, Sotus, Capreolus, Paludanus, Victoria & alij.

2. Secunda sententia est Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 25. sect. 4. Petri de Cabrera de Sacram. q. 68. art. 10. disp. unic. conc. 4. §. 7. Nugni tom. 1. in 3. p. q. 69. art. 20. diffie. 2. concl. 3. Qui asserunt, parvulos infidelium, qui sunt mancipia Christianorum, posse à dominis suis vendi, seu donari; & postquam hac via fuerint à parentibus subtrahiti, licitè baptizari possunt, etiam parentibus inconsultis, & reluctantibus; etiam si ipsi domini hac intentione, & sine venderent, seu donarent tales parvulos, ut à parentum cura subtrahiti baptizentur. Prior pars conclusionis est certa; nam qui est dominus alicujus rei, potest illam pro libito donare, & vendere. Secunda pars conclusionis probatur, quia illi parvuli tunc non sunt sub cura parentum, sed sub cura illorum, quibus venditi, vel donati sunt; ergo parentibus inconsultis, ex consensu eorum, qui illorum curam gerunt, poterunt baptizari.

3. Tertia est sententia Vasquez in 3. p. tom. 3. disp. 155. c. 4. num. 50. Luisij Turriani in 2. 2. tom. 1. disp. 54. dub. 2. Greg. Ruiz in suis controuv. Theol. controuv. 19. ubi ait: Non modo filios servorum infidelium vendi, & separari posse à parentibus ut baptizentur, & ita separatos baptizari rectè posse, si diligentia adhibeatur, ne à parentibus aliquo modo possint conveniri, & subverti. Verum etiam antequam separentur, & vendantur, sub cura parentum existentes, sine peccato baptizari posse, si res ipsa ex se consideretur. Et ad incommoda, quæ ex ista sententia sequi videntur, respondet n. 55. & 57. Nam ante adultam ætatem à parentibus separari possunt, & sic nullam memoriam habebunt patris infidelitatis, & ceremoniarum, quibus contra Religionem nostram parentis uti consueverant. Alterum incommodum, quoad scandalum patris, quia ipse videns filium baptizatum contra voluntatem suam, Judaicis, aut Mahumetanis ceremoniis, circa filium utetur in Baptismi opprobrium, & Religionis nostræ, ipsum circumcidendo, nihil obstat potest, quoniam necessaria non sunt omittenda propter scandalum, hujusmodi autem est Baptismus, quem tanquam necessarium, dictis infantibus tribuimus: Hæc Vasquez, qui in capite 7. cum Turriano ubi supra, probat dominos præcepto charitatis teneri tales parvulos sub cura parentum existentes baptizare.

4. Ad argumentum primæ sententiæ respondetur, ipsos parentes fieri indignos tali jure naturali, ratione abusus, idè nulli irrogatur injuria, dum à dominis destituuntur suo jure in justè possessio. Unde Vasquez ubi supra, probat, parentes infideles non habere jus, ut ipsi solum curam gerant salutis spiritualis filiorum, nec permitant ullum alium in filio emendare id, in quo ipsi errant. Neque enim jus paternum naturale id concedere potest, neque divinum id concessisse constat.

5. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles, sed ultimam Vasquez libenter amplector, propter favorem animarum dictorum infantium: De tota hac questione vide Lorcam in 2. 2. Reginaldum tom. 2.

\* Sup. hoc cursum in fine Ref. præterita, & in Ref. seq. tr. 1. ex Ref. 6. §. Sed magis, & seq.

Sup. hoc magis late infra in Ref. 90. à lin. 3. in Ref. 91.

# De Sacr. Baptismi. Ref. LXXXVIII. &c. 57

rom. 2. lib. 27. cap. ult. à n. 68. Bonac. de Sacr. disp. 2. quest. 2. punct. 6. Valent. rom. 4. disp. 4. quest. 3. punct. 3. Barthol. ab Angelis in ex. am. confess. dial. 2. p. 27. Vegam in sum. tom. 1. cap. 33. cas. 17. Sylvium in 3. part. D. Thom. q. 68. art. 10. concl. 1. & seq. Azved. tom. 5. lib. 8. rit. 2. leg. 1. n. 5. Afflict. dec. Neapol. 151. Ferretum vol. 1. conf. 76. num. 4. & 5. Perez leg. 1. tit. 4. lib. 8. ordin. fol. 117. Sor. in 4. dist. 15. qu. 1. art. 10. Ledesimam in sum. tom. 1. de sacr. Baptismi, cap. 8. à concl. 10. usque ad concl. 16. Coninch de Sacr. tom. 1. quest. 68. art. 10. num. 63. Henriquez lib. 1. cap. 25. per totum. Zambran. in suis decis. cas. conf. cap. 1. dub. 11. Yribarne in 4. sem. tom. 1. disp. 18. sect. 1. Molfesum in sum. tom. 1. tract. 4. cap. 1. n. 50. Mutinum in sua Theolog. mor. de Sacramento Baptismi, questione 14. Possévin. de officio Curati, cap. 6. num. 14. & Azor part. 1. lib. 8. cap. 25. questione 2.

lum Apostasia, & quod à patre perverteretur; in eo ergo casu licite baptizari possent.

4. Excipienda etiam sunt mancipia, quia infantes mancipiorum infidelium absolute sunt res ipsius domini, qui habet absolutum jus ad prolem à patre abstrahendam, vendendam, aut pro suo libito educandam; atque adeo absque ulla servi injuria potest curare ut baptizetur, & in Christiano ritu educetur.

5. Unde sequitur, infantes baptizatorum, quamvis hæreticorum, & Apostatarum, valide baptizati invitis eorum parentibus; hi enim, cum ratione Baptismi subditi sunt Ecclesie, possunt cogi ad servanda ejus præcepta; ac proinde ad baptizandos suos infantes, ac proinde si hoc non faciant, eosdem (ipsis invitis) baptizari posse.

6. Secundò sequitur, licet etiam baptizare filios infidelium; etiam si in potestatem Christianorum per injuriam veniant, quando eorum parentibus restitutio non est possibilis, quia, ut rectè Coninch, questione 68. art. 10. dubio unico, per hoc nihil, aut parum præjudicatur juri parentum, quia jus, quod habent ad educandam prolem, in hoc casu illis omnino inutile est. Huc utique Caspensis.

7. Dices primò; Potestas herilis solum se extendit ad officia civilia, unde quantumcumque proles separatur, non potest dominus illi procurare Baptismum qui est juris divini. Ita Cajetanus.

8. Resp. negando assumptum, & dico eum qui habet mancipium posse, non tantum quoad corpus de eo disponere, sed etiam secundum rationem gubernare quoad animam. Quamvis enim per servitutem proles non adimatur parenti facultas procurandi eidem spiritualia, tamen eadem facultas conceditur domino qui mancipium potest humano, & Christiano modo gubernare, nullumque habet fundamentum quod ea cura soli parenti competat, non etiam domino.

9. Hæc ratio non tantum ostendit prolem abstractam posse baptizari, sed etiam posse in illum finem abstrahi; quod est contra Sotum, quia si actio ex se sit licita, non potest dici infici, & reddi illicita propter illum finem ex se honestum, & religiosum, neque dici potest parenti fieri injuriam si proles, quæ sine ejus injuria potest ex alio fine indifferenter vendi, vendatur eo fine ut baptizetur.

10. Dices secundò, facile fieri potest ut tales infantes postmodum recedant a fide si intelligant se à parentibus abstractos ut baptizentur.

11. Resp. Primò, idem incommodum sequi posse ex Baptismo collato filiis hæreticorum, propter quod tamen non negatur Ecclesie potestas illos invitis parentibus baptizandi.

12. Resp. Secundò posse curari, ut eum adoleverint; in fide bene instruantur, & nulla parentum mentio ingeratur; unde non debet censeri morale periculum; propter quod moraliter loquendo non liceat tales parvulos baptizare.

## RESOL. LXXXIX.

An in tali casu liceat dominis baptizare filios Infidelium; non separando illos à patribus? Ex parte 7. tractatu 7. Resolutione 69. alias 68.

Sup. hoc supra in Ref. 85. & late in tom. 3. tit. 1. Ref. 6. à §. 2.

## RESOL. LXXXVIII.

An filij infidelium, qui mancipia sunt Christianorum, possint baptizari, invitis parentibus?

Et quid dicendum in casu, quod infans esset in certo periculo mortis?

Et an infantes baptizatorum, quamvis hæreticorum, & apostatarum, valide possint baptizari, invitis eorum parentibus?

Et an liceat baptizare filios infidelium, etiam si in potestate Christianorum per injuriam veniant, quando eorum parentibus restitutio non est possibilis? Ex parte 7. tractatu 7. Resolutione 68. alias 67.

§. 1. **N**egativam sententiam tenet Caietanus in 3. part. quest. 68. art. 10. & pauci alij. Sed ego respondeo affirmative: Unde novissime Caspensis in cursu Theol. tom. 2. tract. 27. disp. 1. sect. 5. num. 47. sic ait: Infantes filij infidelium valide baptizantur eorum parentibus invitis, quamvis id fiat cum injuria parentum; non tamen licite, ita Hurtad. de Bapt. disp. 3. diff. 3. & est communior sententia Recentiorum. Prior pars probatur, quia hujusmodi infantes capaces sunt Baptismi, & possunt eis applicari omnia essentialiter requisita ad ejus validitatem, materia, & forma cum debita intentione: nec requiritur proprius consensus, quia non est possibilis, neque parentum, vel aliorum; quia in his, quæ spectant ad justificationem, voluntas parentum non censetur voluntas filij, nisi in jure civili ad aliquos effectus civiles à voluntate Reipublicæ pendentes: ergo possunt valide baptizari.

2. Secunda pars quod id licite non fiat, ostenditur. Quia in eo casu debet infans extrahi ab educatione, & consortio parentum, ob manifestum periculum Apostasiae, quando ad adultam ætatem pervenerit, quod fieri nequit absque injuria parentum, & contra patriam potestatem, parentes enim jure naturæ habent jus educandi apud se filios, quo jure licite absque culpa privari non possunt. Et confirmatur ex consuetudine, & usu Ecclesie, quæ nunquam solet tales baptizare invitis illorum parentibus, quamvis ipsi civiliter subiecti sint Principibus Christianis.

3. \* Excipe, nisi in casu, in quo infans esset in certo periculo mortis, de cuius vita desperatum est, tunc enim non esset necessarium, ut vi à parentibus extraheretur, nec ob instantem mortem pericu-

Sup. hoc supra in Ref. 85. & late in tom. 3. tit. 1. Ref. 6. à §. 2.

Sup. hoc supra in Ref. 85. & late in tom. 3. tit. 1. Ref. 6. à §. 2.

Sup. hoc supra in Ref. 85. & late in tom. 3. tit. 1. Ref. 6. à §. 2.

ANTON  
Opera  
Tom. 10 II  
E III